



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XXVIII. De baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

XXVIII.

*De baptismo.*

Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in distinctione & prolatione verborum, in quibus sacramenti virtus existit; his scilicet verbis: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Doceant igitur sacerdotes tam mares quam feminas, in necessitate debere [illos] parvulos baptizare eadem forma in suo idiome. Et, quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare. Et, si sacerdotes super hoc diligenter requirentes debitam formam in baptismō inuenient, quod factum est, approbent, supplentes circa baptizatum, quoad vocationem olei in pectore & in scapulis, & chrismati in vertice, quod a laicis est omissum. Si autem in baptisme debitam formam non inuenient obseruatam, non differant parvulos baptizare.

Item statuimus, ut in cunctis ecclesiis baptismus, chrisma, oleum & eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis asseruentur, ne possit ad illa manus temeraria extendi. Pallæ quoque altaris, vasorum, corporalia & vestimenta ministrorum munda & nitida conseruentur. Nimis enim videtur absurdum in sacris fôrdes negligere, quæ decent etiam in profanis.

XXIX.

*De emunitate ecclesiarum.*

Quamquam dudum ecclesiarum aduocati, ut ab indebitis vexationibus earum abstineant, & consuetis iuribus sint contenti, saluberrimis monitionibus antiquorum Conciliorum sint causati: quia, cum plerique domini temporales, & laici alii prouinciae Saltzburgensis, in ecclesiis, monasteriis, seu quibuslibet piis locis, in quibus ius aduocationis prætendunt, suis iuribus non contenti, inconsuetas & enormes nouitates exercent, attentant in ecclesiæ libertatem non modicum detrimentum. Nos huic morbo occurrere cupientes, auctoritate huius Concilii statuimus, ne aduocati ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum piorum locorum quorumcumque

*Concil. Tom. 29.*

S l f f ij